

In sublimitate cognitio propria humilitatis.

milhatis est, ac proinde quamuis verus Deus sit, cum homo etiam existat, in tanta resurrectionis gloria, humilitatis suae naturae non obliuiscitur, sed ab ea nomen sortitur. Vide supra cap. 22. n. 84. cap. 24. num. 8. cap. 40. num. 47.

15. Deus manifestae suam maiestatem, non nominibus, sed operibus. Secundo. Homo iste Deus est, dum amplissima sua talenta diuidit, proprium nomen abscondit, & multa cum astutia dissimulat, Dei peculiare est, manum ad beneficia extendere, & humanum applausum deuitare, ac declinare, & maiestatemque suam declarare non titulis, ac nominibus, sed factis, & operibus, dum seruatorum commodis consulit. Vide tom. 3. cap. 13. quæst. 14. num. 78. 79. 80. & multa verb. Prælatu.

16. Tertiò. In aliis parabolis dicitur Christus paterfamilias, vel seminator ob prouidentiam, ac sollicitudinem, quam habuit erga propriam domum; vel etiam vocatur rex ob liberalitatem; at verò in præfenti dicitur homo, quia in distributione suorum honorum, ac talentorum vsus est propria, ac specifica hominis actione, ratione nempe, ac intellectu, dedit enim unicuique secundum propriam virtutem, iuxta nempe eorum capacitatem, ac merita, non dat voluntate, sed intellectu, non affectu, sed ratione compulsi.

17. Explicato Pharaonis somnio ab ipso eligitur Ioseph ad regni clauum, qui ait ei: Nunquid sapienterem, & consimilem tui inuenire poterò? Tu eris super domum meam, & ad tui imperium obediet cunctus populus, Genes. 41. num. 39. Valde mirum, quod ad tantum regni gubernaculum assumatur homo penitus ignotus? Cur non quærit ab eo patriam, genus, ac parentes? Hæc omnia solent reges in suis ministris maxime indagare; his tamen omnibus omisissis solum illius sapientiam respicit. Nunquid sapienterem, & consimilem tui inuenire poterò. Seu vt legunt Septuaginta: Non est homo prudentior, & intelligentior te. Pharaò eligebat hominem, non est homo prudentior, ducebat utque non affectu, sed ratione, & inde non attendit ad ea, quæ affectum generant, vt sunt patria, & genus, sed solum illa, quæ ad rationem spectant, vt sunt sapientia, & prudentia.

18. De Nabuchodonosore refert Scriptura, quos volebat exaltabat; & quos volebat humiliabat. Quando autem eieciatum est cor eius, & spiritus illius obfirmatus ad superbiam, depositus est de solo regni sui, & gloria eius ablata est; & à filiis hominum eieciatum est, & cor eius cum bestiis positum est, Dan. 5. num. 20. Valde rigida pœna puniatur homo, vt cum bestiis per loca deserta fœnum comedat, & vnde illa tam dira pœna, quos volebat exaltabat, & quos volebat humiliabat. In conferendis regni honoribus non ratione, sed voluntate, ac appetitu tanquam brutum animal mouebatur, inde merito ab hominibus eiicitur, vt tanquam syluestre pecus in campis pascatur. Sidonius Apollinatis epist. 9. Discriminatur homo à fera, quod ille ratione, hæc vero appetitu impellitur. Vide supra cap. 10. num. 34. 35. 36. & cap. 37. num. 55. 56. 57.

QUESTIO III.

Quare hic vir primo dicitur homo, secundo verò loco Dominus?

19. In exordio huius parabolæ, vir iste homo dicitur: Homo quidam peregrè proficiscens. Postea verò Dominus nuncupatur. Post multum verò temporis venit Dominus seruatorum illorum. Et

Difficultas quaestio.

iterum: Ait illi Dominus eius: Euge serue bone. Cur non semper Dominus vocatur, sed primò homo, postea verò Dominus.

Respondeo. In exordio homo dicitur; nam distribuit per seruos rem suam non facta donatione, nec translato dominio, sed tradidit illis, vt rem creditam ad lucrandum, ac negotiandum, vt exprimit D. Lucas 19. num. 13. & notant omnes expositores, vt iam dixi, at verò secundo loco Dominus nuncupatur, cum beneficia, ac dona in seruos confert, dicens: Supra multa te constituam. Verum est, quod in initio cum hic homo introducit in parabola præponitur, vt diues, ac multos habens seruos, tamen cum dona non elargiatur, non Dominus, sed homo appellatur, homo quidam. Domini autem appellatione gaudet, cum bona in seruos suos impendit: Domini enim maiestas beneficentia, ac largitate declaratur, ac ostenditur.

Vident Angeli Christum Dominum ingredientem cæli palatia radiantem multa gloria, & maiestate per admirationem inter se quærunt, vt ait Isaias 63. num. 1. Quis est iste qui venit de Edon. Confer verò hæc cum his, quæ narrat Moyses in Exodo, cui apparet Dominus absconditus densa caligine nubis, totusque mons circumdatus erat opaco fumo. Tunc filij Israel eum ibi agnoscunt, ac fatentur, & clamant. Non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur, Exod. 20. num. 19. Quid est quod Angeli illustrati superno lumine videntes Dominum ad faciem, tanta admiratione quærunt, quis est iste, qui venit de Edon. At verò homines suo rudi intellectu Dominum absconditum sub nubis caligine introspiciunt, & agnoscunt. D. Hieronymus: A cæcis videtur, a videntibus non cognoscitur, ait: Angeli perspicaci intellectu, & maxime illustrato aperte Dominum inuententes non cognoscunt, & tamen homines eum occultatum sub nube sentiunt, & fatentur. Aderat ibi Dominus suum populum maxime nobilitans, & extollens præbens illi diuinæ legis donum, ipsamque in iustitia, ac sanctitate informans, & instruens; & magis Dominus sui agnitionem exhibet, dum beneficia expandit, & largitur, quam dum maiestate, ac gloria fulget, & irradiat.

Præcepit Christus Dominus suis discipulis: Euntes predicantes, quia appropinquauit regnum Dei, Matth. 10. num. 7. Quod de eius sacratissimo aduertitur. Tamen post collatas clauces regni cælorum D. Petro scribit D. Matth. 16. num. 20. Tunc præcepit discipulis suis, vt nemini dicerent, quia ipse esset Iesus Christus. Cur sic prohibet publicare modo ipsum esse verum Messiam, verumque filium Dei, cum ipse venerit, vt omnes eum recipiant, ac agnoscerent. Quæstionem supra tractaui cap. 6. q. 1. & 2. Nunc moraliter, forte ideo vetat dicere ipsum esse Christum, quia ipsa beneficentia in Apostolum, qua illi tradidit clauces regni cælorum eum maxime publicat verum filium Dei, ita vt alia humana testimonia, ac voces veluti non exoptentur. Vide supra cap. 16. num. 80. & cap. 24. num. 9. 10. & 11.

QUESTIO IV.

Quare homo iste dicitur peregrè profectus?

Homo iste Christus Dominus est, vt ait D. Chrysostomus datus quæst. 2. in limine. Homo peregrè profectus Christus est per victoriam passionis ad Patrem inuerm. Quid est quod Christus cum

20.

Luc. 19. Beneficentia maiestatem declarat.

21.

Isai. 63.

Exod. 20.

Hieron. Plus ostenditur celsitudo beneficentia quam maiestas.

22.

Matth. 10.

Matth. 16.

Ipsa beneficentia declarat maiestatem.

23.

Ratio diffinitio.

24. Chrylost.

Exilij reputabat Christus eum ab hominibus separatur.

25. Gen. 1.

Christus multum dilexit habitationem inter homines.

Anastaf.

26. Psal. 131.

Euthym. Christi requies inter homines habitatio.

Hesychius.

cum ad Patrem reditur tanquam relegatus, dicitur peregrè profectus, cum tamen vita hominis super terram sit laboribus, ac ærumnis plena, vnde Iob dicebat: Militia est vita hominis super terram. Et iterum: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Et tamen magni consilij Angelus cum hunc lachrymatum locum relinquit, & in æthera vehitur, vbi Pater habitat; vbi torrente voluptatibus potantur filij, & inebriantur ab vbertate domus eius, eam tanquam exilium, ac peregrinationem supponit, cum in eam ex suo loco dicatur, Tanquam peregrè profectus.

Respondet Chrylost. Ad regna enim cælestia ascensus, ait, & ad Patrem suum iturus, vnde descendit, peregrè se iturum dicit propter charitatem Sanctorum, quos relinquebat in mundo. Recedebat Dominus à suis fidelibus, quos intimè diligebat, & dum ab eis recedit suauia, ac dulcia, vt dura, ac aspera æstimabat, sine enim suorum discipulorum consortio delicias Angelorum eremum reputabat, Beatorumque sedes exilium, ac peregrinationem dicebat: Peregrè se iturum dicit, propter charitatem Sanctorum, quos relinquebat in mundo. Quod etiam eleganter docet D. Thomas: Ascendit Iesus in cælum, peregrinatur, quia ab eo nos peregrinamur.

In primo orbis molimine prius exornatur terra, & postea poliitur cælum. Die tertio. Protulit terra herbam virentem, & lignum faciens fructum, & habens vniuersamque seminem iuxta speciem suam, Genes. 1. n. 12. Post terram condecoratam cæli luminaria creantur: Luminare maius, vt præfesset dici, & luminare minus, vt præfesset nocti, ibid. n. 16. Quinam artifex magni ingenij incipit præstantissima palatia à vilissima parte exornare, & nõ potius intendit præcipuas domos toto conatu componere? In Orbis fabrica Diuinum Verbum erat artifex: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso facti sunt nihil. Repraesentabatur Diuino Verbo, quod aliquando ipse homo factus inter homines in terra degeret, inde vehementissima illius dilectionis motus posthabuit Olympi pulchritudinem, plus deferens telluris rudiciti, & inde prius ornata condecorat terram, quam cæli firmamentum. D. Anastaf. Synaita lib. 4. Hexamet. Ante Deus, ait, ornauit terram, quam cælum, tanquam si terra ante cælum dicitur sit Christi mysterio, & aduentu. Propterea ante cælum ornatur, quoniam ante Angelos terra, & terra geniti homines, Deum per carnem vidimus; ante cælestia exornans ille hæc inferiora exornauit, & exornauit.

Decantat Regijs Vates: Surge Domine, in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tue, Psal. 131. n. 8. A quonam loco sacer Citharista expostulat, vt Dominus exurgat, ex sinu nempe Patris, factus nempe homo assumpta humanitate, quam per arcam sanctificationis intelligit, vt exponit Euth. in quemnam locum petit, vt veniat, in requiem tuam, quænam potior, ac aptior requies, quam Patris sinus? Solum in illo sinu abundantissima pax, ac suauitas est, extra illum verò bella, lites, ac contentiones sunt, quomodo ergo vt requiem habeat, dicitur, quod exeat, ac exurgat è sinu Patris, & factus homo veniat in terram. Tam vehementer propter suam eximiam charitatem Diuinum Verbum homines adamauit, vt quodammodo videatur non requiescere, nec consolari, donec assumpta nostra natura inter homines habitet, ac commoretur. Hesych. Hierosolym. Presbiter expendens prædictum Psalms locum homil. 2. de S. Maria: Syluicia in Euang. Tom. 17.

David, ait, sine intermissione cithara celebrat: Surge Domine in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tue. Surge: Vnde? E sinu paterno. Non ut a Patre separeris (hoc enim dicere, vel cogitare nefas est) sed vt dispensationem peragas. Surge Domine in requiem tuam, quam super terram præscripsisti, & in Bethlehem constituisti.

QUESTIO V.

Quare homo solum seruos suos vocat, & non alios?

SERVORVM nomine Ecclesiæ præfules intelliguntur, vt dixi q. 1. & tamen seruos vocat, vt illi agnoscant suam dignitatem non esse ad delicias, ac oblectamenta, sed ad labores, ac onera. Vide cap. 5. n. 161. c. 9. n. 96. c. 22. n. 95. 96. 97. 98.

Ad quæstionem: Vocauit seruos suos. Solum suos vocat, & non alios, dedit tamen illis bona sua, quod bene consonat, at verò qui solum suos vocat, vt det aliena, ac communia bona, hoc durum, & iniustum est. Vide multa Verb. Communicare.

Respondeo. Solum suis seruis dat talenta, & non aliis, quia suos optime agnoscebat, & sciebat, de eorumque moribus habebat largam experientiam; & ideo dedit unicuique secundum propriam virtutem; ei enim qui magis virtute immincebat, dedit quinque talenta, qui verò minor duo, inutili verò seruo vnum, quia cum eius imbecillitatem, ac tenuitatem agnosceret, vnum talentum dedit, vt eum à sua opinione dissuaderet, vt dixi in expositione. Solum ergo pro suos distribuit talenta, vt instruatur, quod officia, ac dignitates non sunt conferendæ, nisi apprimè, & intimè notis.

Cum Christus Dominus veller constituere Petrum suæ Ecclesiæ pastorem, totiusque Apostolici verticem, datæque illi potestatem promissam in cælo, ac in terra. Dicit Simoni Petro Iesus: Simon, Ioannis diligis me plus his? Dicit ei: Etiam Domine tu scis, quia amo te, &c. Ioan. 21. n. 15. In quibus duo ad præsens institutum consideranda sunt; & primò, quod eum non vocat Petrum, sed suo antiquo vocabulo Simonè Ioannis. Quomodo hæc cohereret cum illis, quæ ei dixit Iesus cum ingrederetur collegium Apostolicum? Intuitum autem eum Iesus dicit: Tu es Simon filius Iona: tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus, Ioan. 1. n. 42. quod ad citatum cap. 21. notauit Maldonat. Vocat Petrum Simon Iona, ait, Ionas, idem est quod Ioannes, neque hoc fortasse causa caret, quod Christus eum non Simonem Petrum, ac Euangelistam, sed Simonem Iona vocat, nomine videlicet antiquo. Dixerat enim illi, cum ad Apostolatam vocaret fore, ut non iam Simon Iona, sed Petrus, id est, petra vocaretur. Ad quid ergo cum eum Dominus eligit in Pontificem, ipsum antiquo, ac sæculari nomine vocat; Vt fieret manifestum, quod constituere in summum Ecclesiæ principatum hominem sibi apprimè notum, cuius vitam, amorem, ac seruorem, non solum agnouerat in Collegio Apostolico, sed etiam ab antiquo suam veterem, ac sæcularem vitam optime exploratam habebat, & quod nihil erat in homine sine nouum, sine antiquum, quod esset absconditum, & ideo consultius veteri vocabulo ipsum vocat, Simon Iona.

Respondet Petrus, Tu scis Domine, quia amo te. Cur non ait, ego amo te, multis notum est, quod te diligam, multis meum amorem erga te declarauit, sed tantum, Tu scis, quia amo te. Sanè alto

27. Dignitas ad laborem.

28. Distribuitur ei sui.

29. Officia danda bis quos agnoscentium.

30.

Ioan. 21.

Ioan. 1.

Maldon.

31. Probatum electio ex agnitione notatum.



Diuini spiritus afflatu, sic responderet, ut inde maxime probaretur electio, cum ab eo eligeretur Petrus, qui eum optime agnoscebat, ac ab intimis notum habebat. Albertus Magnus: Tu nosti plusquam ego; Tu Domine qui nosti corda singulorum ostende, quem elegeris. Act. 1. num. 25. Expende: Tu qui nosti, elige.

Alb. Magn.

QVÆSTIO VI.

Quare dat bona sua, & non aliena, & nullus de hac distributione conqueritur?

32.

PRUDENTISSIME distribuit homo bona sua, cum dat unicuique secundum propriam virtutem, quod maxime obseruare debent principes, ut in conferendis muneribus subditorum genium explorent; Primis Parentibus, ait Deus: Dominamini piscibus maris, & volatilibus celi, & vniuersis animantibus, que mouentur super terram. Gen. 1. num. 18. sufficebat dicere, Dominamini piscibus, volucris, animantibus, ad quid additur maris, celi, terræ; hoc videtur superuacaneum, magno sane consilio factum est, ut sciat Adamus, quod sic dominatur piscibus, ut aduertat esse pisces maris, ne eis aliquid, quæ sunt terræ, vel æris præcipiat (& eadem est sententia de volucris celi, ac animantibus terræ) sic ergo Adamus his animalibus dominetur, ut iuxta vniuersi que naturam, ac conditionem præcepta dispenset, ac disponat.

Gen. 1. Superiori dicitur: præcepta iuxta vniuersi que genium.

33.

Et inde forte nullus conqueritur, quia quamuis distributio fuerit valde dispar, vni quinque, alteri duo, alij vnum, nullus tamen conqueritur, quia distributio facta est iuxta vniuersi que propriam virtutem. Deinde, quia partitio quamuis esset, inæqualis erat talentorum, & quilibet suo talento sibi congaudet, & complacet, illi que maxime satisfactus conquisceat. Benedicens Iacob filios suos, Iudam comparat Leoni: Catulus Leonis Iuda. Genes. 49. num. 9. Isachar asino: Isachar asinus fortis. Dan comparat colubri: sicut Dan coluber in via. Nephthali combinat cum ceruo: Nephthali ceruus emissus. Benjamin confert cum lupo: Benjamin lupus rapax. Et tamen facta tam inæqualis repartitio, nullus conqueritur, ut notauit Abulens. sed quilibet congaudet in benedictione sibi impensa; erat repartitio talentorum, quibus vnus appropriabatur leoni, alius asino, alter ceruo, vel colubri, seu lupo, inde nullus conqueritur, sed quilibet sibi complacet, ac congaudet in suo talento, cum eoque maxime placidus conquisceat.

Gen. 49.

Quilibet suo talento sibi complacet.

34.

Dat ex propria.

Altera questionis pars est, quod dedit bona sua, & non aliena. Hic magnus Princeps largitur propria, non verò deprædatur aliena, ut suis subditis conferat, ut solent facere principes huius seculi; dat etiam ex suis, quia suos ditare vult, nobilitas Regis subditorum opulentia.

35.

Luc. 19. Propria, & non aliena discrimini exponenda.

Secundò. Hic homo tradidit seruis bona sua, ut cum illis negociarentur, ut exprimit D. Lucas 19. illud autem quod ad lucrandum traditur, sub multo periculo, ac discrimine versatur. Hic autem homo, ut valde prudens solum propria, & non aliena in discrimen vocare voluit. Filius ille prodigus ad genitorem suum ait: Pater da mihi portionem substantiæ, que me contingit. Luc. 15.

Luc. 15.

n. 12. Cur solum portionem hereditatis, quæ ad eum attinebat, postulat, cur non etiam aliquid petat ex his, quæ ad Patrem spectabant, quæ vulgo apud nos est tertia rerum pars; postulat ille ut perderet, ac prodigeret, & inde solum sua, & non aliena consumere, ac profunderere determinat.

36. Iudith 10.

Cum Iudith vellet exire in castra Assyriorum. Induit se vestimentis iuconditatis sue, induitque sandalia pedibus suis, assumpsitque dextraliola, & lilia, & ianthes, & annulos, & omnibus ornamentis suis ornauit se. Cap. 10. n. 3. composuit se omni muliebri ornatu; quem à viuente marito acceperat. Iudith tamen cum semper fuisset castissima, huiusmodi cultus sine dubio valde moderatus erat, cur non aliquid postulat accommodatum ab amicis, ac cognatis suis; Illustri femina, quando processit ad Assyriorum castra, non habuit aliquam reuelationem de futuro euentu, ut vult Sararius, inde aliquid accommodatum non postulat, solumque sua, & non aliena in discrimen adducit, periculòque exponit.

Sararius.

Matth. 25. Abiit autem qui quinque num. 16. talenta acceperat, & operatus est in eis, & lucratus est alia quinque.

Num. 17. Similiter, & qui duo acceperat lucratus est alia duo.

Num. 18. Qui autem vnum acceperat, abiens fodit in terram, & abscondit pecuniam Domini sui.

VERSIONES.

Syriacus n. 16. Profectus autem ille qui quinque talenta acceperat, negotiatus est ex eis.

Varablu. Negotiatus est per ea, & confecit altera quinque talenta.

Arius. Fecit altera quinque. Syriacus n. 17. Et itidem is, qui duo negociando lucratus est alia duo.

Arabic. n. 18. Abiens sepeliuit argentum Domini sui.

EXPOSITIO IV.

ABIIT autem. Acceptis talentis non quieuit, nec otio indulget bonus seruus, sed fideliter iniuncto muneri incumbit; Et operatus est in eis, seu ex eis, seu per ea, & lucratus est alia quinque. Dei gratiæ cooperando, & ille dignior inuenitur, cui plus cæteris creditum est. Nam sæpè ex maiori fide commissa illustrior prodit operatio. Hæc quinque talenta explicat Hugo, Moraliter. Quinque talenta, ait, sunt paupertas, infirmitas, contumelia, iniuria, mors; huiusmodi talenta vocat Christus bona sua; quasi vniuersa Christi facultas, substantia, ac diuitiarum plena supellex passionum, & labores sint.

37.

Hugo. Labores Christi bona.

Innui:

38.

Innui hæc parabola Dei gratiæ, ac donis æquo, ac totis viribus cooperandum esse v. g. qui habet quinque charitatis gradus, si eiusdem actum producat intensum ut quinque alios quinque gradus lucrabitur, accipietque à Deo habitum charitatis intensum, ut decem, & si cum hoc habitu operetur, eliciatque actum charitatis ut decem, alios decem charitatis gradus lucrabitur, accipietque à Deo habitum charitatis ut viginti, & sic de cæteris, ut communiter tradunt Theologi; ex quo patet interpretatio ad verbum 17.

39. Terrenis inuolutus spiritum alia contemnit.

Qui autem vnum acceperat, scilicet talentum, abiens fodit in terram. Non produxit in negotiationem, sed omni spe lucri omissa, nihil de illius negotiatione curauit. Talentum ad aliorum salutem datum abscondit, nihilque eo lucratus est; fodit in terram terrenis rebus se implicans, celestium est oblitus, terrenis negotiis inuolutus spiritualia lucri contempsit. Hac talenti defossione arguuntur illi, qui ex negligentia, ac desidia, gratia à Deo illis collata non vtuntur, ac operantur, sed propriam suam salutem negligunt contra Apostoli admonitionem. 2. Corinth. 6. num. 1. Hortamur vos ne in vacuum gratiam Dei recipiat: Et de se ait Apostolus 1. Corinth. 15. n. 10. Gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboraui. Illud autem vacua, id est otiosa, infuotiosa: Abscondit pecuniam Domini sui. Si ita notatur ille, qui vno talento est abusus, quam acriter punientur illi, qui multa talenta à Domino acceperunt, & nihil intelliguntur in eis operari.

2. Cor. 6.

Matth. 25. Post multum verò temporis venit Dominus seruorum illorum, & posuit rationem cum eis.

Num. 20. Et accedens, qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicens: Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum.

VERSIONES.

Origenes. Post multum tempus reuertitur ad rationem uersus est Dominus.

Matth. Et recepit ab eis rationem.

Syriacus. Et ponit rationem cum eis.

Varablu. Et subducit rationem cum eis.

Arius. Et confert rationem.

Pagnin. n. 20. Attulit alia quinque.

Syriacus. Domine mi, quinque talenta dedisti mihi, ecce quinque alia negociando lucratus sum super ea.

Theophylact. Lucratus sum per ea.

EXPOSITIO III.

POST multum verò temporis. Dominus longanimis, & patiens, non statim venit, ut rationem exquirat à seruis, sed post

multum tempus reuertitur, ut fideles serui multum lucentur, maiori que laude digni habeantur. Ut ait Abulens. quæst. 103. vel dicitur: Post multum temporis, per respectum ad fidelem seruum, nam præ desiderio fruendi Domini presentia, semper mortis tempus reputat in immensum deferri, unde David suspirans dicebat: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Psalm. 119. num. 5. Posuit rationem. Græcè est de presenti, ponit, seu confert rationem, & idem est sensus siue presentia vtatur, siue præterito. Nisi moraliter dicas, quod ideo presentia ponitur, quia hora iudicij, ac rationis exigendæ semper vt presentia habeatur. Significatur hic Christi aduentus ad iudicium, longumque tempus ab Ascensione vsque ad extremum diem. Ut interpretantur D. Hieron. Theophylactus, Euthymius, Albertus Magnus, D. Thomas, Carthusianus, D. Gregor. homil. 9. in Euangel. Dominus, ait, qui talenta seruis contulit, rationem postiturus redit, quia is, qui nunc spiritualia dona tribuit directè in iudicio merito exquirat. Quid quisque accipit, considerat, & quod lucrum de acceptis reperiet, pensat.

Abulens. Iustus repositus in longum differri.

Psalm. 119.

Hieron. Theophyl. Euthym. Albert. D. Thom. Carthuf. Gregor.

41.

Et accedens. Ille, cui maiora talenta fuerant credita, primus accessit ad reddendam rationem, integritas conscientiæ fiduciam ministrabat: Domine quinque talenta tradidisti mihi, credideras nempe ad negociandum. Perbelle notauit Auctor Imperfectus homil. 53. Bonus seruus primum memorat, que accepit, postea que inuenit, ut ostendat, non studij sui, aut laboris esse, quod acquisiuit, sed beneficiorum Domini sui, quibus acquisiuit. In primis posuit, quæ Dominus dederat; quinque talenta tradidisti mihi, in vltimo verò quæ ipse negociando addiderat; & cor hæc ad vltimum locum referuat, quia vt valde gratis solum æstimabat, quæ accepta habebat, & nihil ponderans faciebat de his, quæ seruando obtulerat. Vide supra c. 5. n. 103, 104. & 105. Deinde memorat primò, quæ accepit, vt Domini gratiæ, ac benignitati referat totum, quod lucrando acquisierat, quia ob rem creditam à Domino totum negociando comparauit. Vide supra c. 13. n. 54. & c. 16. n. 84. & 85. & c. 34. n. 22. Ecce alia quinque superlucratus sum. Optimè posuit Noster Interpres Latinus: Superlucratus sum. Quod etiam Syrus vertit, lucratus sum super ea. Quod etiam alij transferunt: Lucratus sum in eis. Gratia tua nempe mecum operante 1. Corinth. 15. n. 10.

Imperfect.

Syriacus.

QVÆSTIO VII.

Quare ipse Dominus, & non aliquis Angelus venit ad rationem ponendam cum seruis?

EDIT Dominus seruis talenta, nunc venit vt ab eis accipiat rationem de bonis creditis. Cum dicat Seneca: Qui beneficium dedit, meminisse non debet. Ad hoc respondet Pardo in Ezech. 16. n. 22. Deum, ait, hoc fecit nomini suo parcere, vt nostra consulat vilitari: atque equius ferre se iudicari exallore, quam nos esse immemores, & ingratos, tantique interesse nostram vilem conditionem, Dei in nos beneficentiam perpetuo recordari, vt eius memoriam nobis omnino necessariam, vel cum sue æstimatiõis discrimine exigat, & exposulet. Deinde etiam vt cunctos ad HHhh 4 moneat

42.

Seneca

Pardo.

Ministri cogitent se rationem reddere.